



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

Protestatio Avtoris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

Percussionibus. 60. 65. 99. 124. 131.  
157. 181.

Sagittis. 28. 31. 36. 138. 152. 173.  
179. 201. 222. 223. 406.

Securibus. 52. 101. 152. 179. 238. 358.  
387.

Tormentis varijs . 10. 89. 123. 192. 206.  
224. 226. 236. 261. 269. 280. 281. 289.  
291. 312. 323. 344. 360. 363. 388. 411.

Veneno. 2. 3. 61. 63. 79. 110. 147. 150.  
166. 205. 228. 231. 240. 242. 247. 248.  
307. 311. 328. 371. 389.

### PROTESTATIO AVTORIS.

**L**ector, aduerte in Elogijs Virorum Illu-  
strum quos hoc libro complexus sum,  
nonnulla me obiter attingere quæ sanctita-  
tem ipsis videantur adscribere: perstrungo  
nonnunquam aliqua ab ijs gesta, quæ cum  
vires humanas superent, miracula videri  
possunt: præfagia futurorum, Arcanorum  
manifestationes, reuelationes, illustrationes,  
& si quæ sunt alia huiusmodi: beneficia  
item in miseris mortales eorum interces-  
sione collata diuinitus; demum nonnullis  
sanctimonæ, vel Martyrij videor appella-  
tionem tribuere. Verùm hæc omnia ita  
meis lectoribus propono, vt nolim ab illis  
accipi tanquàm ab Apostolica Sede exami-  
nata, atque approbata; sed tanquam, quæ à  
sola

sola suorum Auctorum fide pondus obti-  
neant, atque adeo non aliter, quàm huma-  
nam historiam. Proinde Apostolicum,  
S. Congreg. S. R. & Vniuersalis Inquisitio-  
nis Decretum Anno 1625. editum, & anno  
1634. confirmatum integrè, atque inuiolatè,  
iuxta declarationem eiusdem Decreti à  
S. D. N. VRBANO Papa VIII. anno 1631.  
factam seruari à me omnes intelligant: nec  
velle me, vel cultum, aut venerationem ali-  
quam per has meas narrationes vlli arro-  
gare; vel famam, & opinionem sanctitatis,  
aut martyrij inducere, seu augere; nec quic-  
quã eius existimationi adiungere, nullumq;  
gradum facere ad futuram aliquãdo vllius  
Beatificationem, vel Canonizationem, aut  
miraculi comprobationem; sed omnia in eo  
statu à me relinqui, quem seclusa hac mea  
lucubratione obtinerent, non obstante quo-  
cunque longissimi temporis cursu. Hoc  
tam sanctè profiteor, quàm decet eum, qui  
Sanctæ Sedis Apostolicæ obedientissimus  
haberi filius cupit, & ab ea in omni sua  
scriptione, & actione dirigi

Ego Ioannes Nadasi Soc. IESV.  
*Collegii Societ. IESV Paderbornæ 1669*  
A. M. D. G.